

Creditoribus fuisse distracta, ac in eorum satisfactionem consumpta, vel saltem dubia + redditur adē hujusmodi exceptio, ut petitam immisionem retardare non valeat, Rota penes Card. Seraph. decif. 372, n. 1, vers. nec exceptio solutionis, ac Burat. dec. 858, n. 3, vers. & hæc exceptio satisfactionis, & Urgellen. d. decif. 212, n. 6, vers. Unde cum non constet ac seqq. & n. 16, vers. & quando, & in recent. decif. 704, n. 1, vers. & quia fuit sepius part. 3, & decif. 19, n. 12, vers. Ista exceptio part. 5.

Tertium de præscriptione ab anno 1590, quo Ciccolini emerunt 25. Junii præmium, usque ad annum 1611, quo inceptum fuit præsens judicium

de cursa, + que regulariter obstat hypothecariæ, ac proinde Salviano, juxt. l. si à creditore §. Jane ubi gloss. in verb. Vel longi temporis præscriptione C. de act. & obligat. l. fin. C. de præscr. long. tempor. & l. C. si adver. credit.

Pariter tollitur: Tum quia legales hujusmodi præscriptions longi temporis inchoari non possunt contra eos, + qui in pupillari ætate sunt constituti imò ex novi Juris dispositione, neque contra minores, l. fin. ibique gl. in verb. eas, C. in quib. caus. in integr. rest. non est necess. l. non est cognitum Cod. quib. non obijc. long. temp. præsc. Odd. de rest. in integr. qu. 88, nu. 20, vers. sed in contrarium & seq. Licit aliud de perpetuis five longissimis cautum sit, cum pupillarem excesserint in l. sicut §. 1, C. de præscr. 30, vel 40, ann. Atque idè cum de anno 1593, (quo dd. filii vix infantilem ætatem egressi erant) introductum fuerit, & successivè producto d. posteriori instrumento prosecutum citatis alius creditoribus Antonii Marizæ judicium restitutionis in integrum, adversus d. Sententiam, qua negata fuerat illis restitutio integræ dotis maternæ, & deinde hoc institutum anno 1611. 15. Junii quo tempore major ex dictis fratribus legitimam vix ætatem attigerat; alii verò ad eam adhuc non pervenerant equidem, vel numquam incepit, vel saltem fuit interrupta talis præscriptio, l. 1, in 2, resp. l. longi temporis l. nec bona C. de præscr. long. temp. d. l. sicut §. 1, ibig. gloss. in verb. Reproba C. de præscr. 30, vel 40, annor. Rot. penes Buratt. decif. 457, sub n. 2, vers. præfertim & seqq. & Urgellen. decif. 426, sub n. 11, vers. & de tempore & num. 1, vers. Per litis autem coniectionem ac seq. & in aliis.

Tum quia Ciccolini qui præmium emerunt, ea expressa lege, ut solverent pretium anterioribus creditoribus Antonii Marizæ, & Imperiæ, non potuerunt adversus eos præscribere, + quia erant in mala fide scientes propriam obligationem, cap. Vigilanti, & cap. fin. extr. de præscript. Balb. de præscr. in 4. par. quartæ partis princip. q. 5, sub n. 2, vers. sed videtur. Rota penes Veral. decif. 24, & dec. 363, part. 2, & fuit dictum in Ariminum. Salv. 20, Junii 1633, coram Urgellen. dec. 401, n. 14, vers. & accedit ac sepè in aliis. Quæ nocet etiam eorum hæreditibus per text. in l. cum hæres in princip. ff. de divers. temp. præscr. Balb. in d. tract. in 2. part. tertiae partis q. 12, sub n. 11, vers. secundum principale membrum & seqq. Hond. consil. 80, n. 74, vers. & hæc lib. 2, cum aliis relatis in Bituntin. censu coram me 27, Novemb. 1645, in §. nec visa fuit relevans exceptio præscriptionis; Neque proderant illis ad hunc effectum Sententia in iudicio concursus per Judicem latæ, juxta cuius declaratioñem solvere promiserunt, quia cum pluribus solvetur à die 2. Decembri 1593, citrè usque ad summam flor. 3000, circiter pendente + d. iudicio restitutionis in integrum adversus easdem Sententias super residuo crediti dd. fratribus, non po-

terant eo prætextu excusari, Rota penes Card. Seraph. dec. 204, nu. 4, vers. quantum ad secundam partem, & in Romana censu scut. 18000, 26, Novemb. 1601, coram bon. mem. Card. Mellin. in recent. decif. 48, sub num. 7, vers. Præterea & seq. part. 2, & in ead. 11, Martii 1611, coram S. mem. Gregor. decif. 511, sub n. 22, vers. quo casu, &c.

Quartum de retentione ob solutiones preti factas per Ciccolinos creditoribus Antonii Marizæ, + ac Imperiæ juxt. l. eum qui à debitore ff. 12 qui pot. in pign. hab. in l. si potiores C. de his qui in prior. cred. loc. succed.

Non obstat quia solutiones factæ creditoribus posterioribus dd. fratribus illis non præjudicant, Alij verò factæ anterioribus graduatis in prædictis Sententias usque ad flor. 5000. circiter non adæquant valorem prædi, de quo agitur, + sed præterea superest portio plane sufficiens pro credito Actorum, quibus idè concedi potest immisso pro indiviso, cum ipso Ciccolino respectu partis ad eum spectantis pro ea summa anterioribus soluta ad l. eum qui à debitore, ibi, eatenus tuendum, quatenus ad priorem creditorem ex prelio pecunia pervenit, &c. ibique Odoffred. & Fulgos. vers. Primus enim, & alii, ff. qui pot. in pign. hab. Bald. consil. 52. Obligatio prima sub n. 1, vers. & ideo possessor. lib. 3. hancque sententiam, ut æquitati consonam; sequuta est Rot. in Rom. Legator. de Column. 27. Januar. 1614, coram bo. mem. Card. Sacrat. in recent. dec. 559, sub n. 5, vers. ceterum part. 1, & in Tusculan. Salv. 15. Decemb. 1634, coram Eminentiss. D. meo Card. Veropio decif. 318, nu. 26. vers. Verum hæc exceptio, & seq. part. 6, recent. & penes bon. mem. Cardin. Cavalier. dec. 652, nu. 5, vers. Unde quavis, confirmatam coram bon. mem. Ubaldo 20. Novemb. 1624. apud Modern. Perufin. de censib. in Addit. decif. 128.

Postremum d. l. Videlicet ff. de evict. Visum fuit Dominis non applicari.

Tum quia evictio hæc qualiscumque sit contingit ex natura ipsius contractus intiti ad effectum satisfaciendi creditoribus anterioribus. + 14 quibus præmium venditum, erat hypothecatum, cuius pretium si fuisset illis solutum, omnem utique molestiam emptores evasissent: Ideoque in præsentia conqueri non possunt, nec à venditore defensionem, vel indemnitatem prætendere, pro eo quod ipsi præstare tenentur, ad l. fundum meum l. hoc jure, & l. si mancipium ff. de evict. Bart. in l. qui Roma §. duo fratres sub n. 10, vers. quartio dicit malè ff. de evict. Alex. cons. 21. Viso comprobato sub n. 6, vers. Secundo principaliter lib. 5, Menoch. præf. 38, n. 4, vers. Hinc etiam dicimus lib. 3. Quod si posterioribus incantè + solverunt, ipsi impunitandum, Castr. in l. fin. §. & si prefatam sub n. 4, vers. gloss. tamen C. de jur. delib. Comitul. decif. ult. sub n. 30, vers. Ex qua ratione, &c. Sin verò cautione recepta satis illis consultum est, + cum ab eisdem repeterè valeant, & quidem via executiva, Card. Seraph. dec. 1233, sub n. 3, vers. Unde conclusum fuit & seq. Modern. Rom. disceptat. 37, num. 44, vers. Et ideo ac seqq.

Tum quia si quæ deberetur evictio, non ideo Auctore à consecutione dotis maternæ repellit posse, quia paternam adiverunt hæreditatem cum beneficio Inventarii, + cuius vigore præservatae fuerunt eorum personæ, ac jura ab hæreditariis distincta, licet pro viribus hæreditatis evictionem tenerentur præstare jux. text. in l. fin. §. in computatione vers. si verò, & ipse C. de jur. delib. & deciditur in l. C. de evict. Gabr. consil. 125, num. 9.

## Ad materiam de Alim. Decisio XXVII.

49

n. 9. vers. tercia limitatio & seq. lib. 1. Barz. decif. Bonon. 64, à nu. 12, vers. successive, & quarto ac seqq. Rot. decif. 724, n. 2, vers. cum hoc præcipuum part. 30 recent. cum aliis adductis in Bonon. fidicom. de Boatteris 8. Aprilis 1644. in §. Licit üdem fratres sint etiam hæres Erculus, coram Reverend. D. meo Carrillo, & in Bonon. fidic. de Rubbeis 30. Maii 1646, in §. non obstat quod ille sit hæres vers. & in omnem casum, &c. coram me.

Nec repugnat verba Instrumenti ponderata pro Ciccolino.

Quia cùm illud fuerit celebratum per Tutorum dd. fratribus tanquam hæredem præfati corrum patris cum beneficio legis, & Inventarii, & ex causa solvendi as alienum hæreditarium, nulla justitia, nec æquitatis patitur ratio, quod promissiones, ac obligations quæcumque in eo convantæ pro illius observantia, & pro evictione, referri debeat ad bona propria pupillorum, + qua nec idem tutor potuisse legitimè pro alienis debitis obligare, ad l. Curator ibique gloss. Cyn. Odofred. & alii C. si res alien. pign. dat. sit. Surd. conf. 191, n. 17, vers. quod si utile Salvianum, & sub n. 25, vers. & tunc non potest tutor, Franch. decif. 323, sub n. 3, vers. verum opinio & seq. & decif. 648, Thom. Minad. decif. 25, & fuit resolutum in Rom. nulli. obligat. 27. Febr. 1612, coram bo. me. Pirovan. confirmata 13. Novemb. 1615, coram eod. in recent. dec. 393, part. 1, & decif. 700, p. 3, in quibus bene solvantur objecta, & ex alius comprobant Modern. Rom. disceptat. 553, n. 15, vers. maximè in minore ac seqq. per tot.

Atque ita fuit conclusum, utraque parte informant, &c.

## DECISIO XXVII.

R. P. D. GHISLERIO.

Cervien. Bonorum.

Veneris 29. Martii 1647:

SUMMARIUM.

1 Auditor Cameræ est Judex appellationum.

2 Nullitas non proveniens ex defectu jurisdictionis, mandati, aut citationis non attenditur.

3 Appellatio non datur ab interpolatione, Cessante gravamine, n. 4. &amp; n. 6.

5 Decretum per secundum circumducitur primum.

7 Episcopus in causis Mensæ est competens, donec recusatetur.

8 Judex, quando per præfixionem termini declarat se competentem.

9 Decretum vim diffinitivè habens est appellabile.

10 Contumax non censetur consentire in Judicem.

11 Mandatum producens, &amp; protestans nil fieri, nisi ipso citato, dicitur consentire in Judicem. Quando det facultatem Jurisdictionem prorogandi, n. 13. Speciale requiritur ad prorogandum jurisdictionem n. 14, &amp; 15.

12 Jurisdictione jam prorogata non potest declinari, &amp; num. 16.

17 Injustitia notoria nullitati equiparatur.

18 Sententia contra Jus partis, indiget revocatione medio appellationis.

19 Jura in causa appellationis producuntur ad co-adjuvandas probationes prioris instantie.

Cum Reverendissimus D. Episcopus Cervien. prætenderet ex causis in libello deductis es- Decisions ad Tract. de Alim.

se devoluta quamplurima bona ab ejus Ecclesia in emphyteusim concessa Joanni Antonio, & Fabricio de Lucatellis pro se, filiis, & nepotibus masculis, de 29 in 29 annos ad renovandum, obtinuit à Vicario mandati D. Fabio filio, & nepoti respectivè supradictorum quatenus juxta formam antiquarum investiturarum infra octo dies deberet accipere renovationem, alias declarari bona ad Ecclesiam devoluta. Interposita appellatione à Lucatello, & introducta causa coram Metropolitano, nedum non fuit moderata inhibito, & remissa causa ad Vicarium Cervien. juxta instantiam Promotoris Mensæ, sed partes fuerunt admisæ ad justificandum, & impugnandum in termino sex dierum ab hoc decreto pro parte ejusdem D. Episcopi fuit appellatum, & fuit obtenta ab Auditori Camerae inhibitus cum insertione ejusdem decreti, & procedendo ad ulteriora, mandatum de associando ad bona controversa, quod cùm prætenderetur nullum, postulauit in Rota discutiendum, an esset tale?

Et dum cessant defectus jurisdictionis, citationis, & mandati, cùm Auditor Camerae sit Judex omnium appellationum \* tam in Curia, quæ extra, interpositarum, sicuti legitur in suis facultatibus impressis post Salut. Tiber. in præx. §. 9, & refert Scacc. de appell. cap. 2. quæst. 8. n. 99. vers. declara, & n. 125, vers. extende, cùm præcesserint Citationes, quæ solent fieri in Judicio executivo, quale est remedium associationis vigore licentia capendi possessionem propria auctoritate adiectæ in Instrumentis concessionum:

Et ex Instrumentis publicis confitit de mandatis Comparantium hinc inde, qui soli defectus præservantur in Constitutionibus sanctæ mem. Pii V. 44. §. 13, vers. deinceps, & Pauli V. 71, §. 5. n. 19, vers. non attendantur \* de quibus Rota penes bon. 2 me. Buratt. decif. 337, num. 31. servatique fuerint omnes termini substantiales, juxta vulgat. decif. Caputaq. 262, part. 2. & in præsencia agatur de sola validitate vel invaliditate mandati separativi à cognitione Justitiae, DD. utraque parte informante consuerunt illud esse validum.

Quoad Jurisdictionem A. C. cùm Lucatellus appellasset ad Archiepiscopum Ravennaten. Metropolitanum ab interpolatione cum comminatione illi transmissa pro parte ejusdem D. Episcopi Cervien. quæ fuerat etiam ipso instante moderata mediante assignatione termini octo dierum ad dicendum quidquid, &c. non erat admittenda ejus appellatio. \* Vel quia interpolatione illa nullum verè intulerat gravamen leg. rei judicatae, leg. interlocutoria, & leg. programma Cod. communat. epistol. program. subscript. auditor. rei judic. non haber. Franchus in cap. cum cessante sub n. 6, ad fin. vers. aliquando, & 4. de appellat. ex quo comminationes non habent vim fententia, & non transeunt in rem judicata. Vel quia fuerat resoluta, & moderata per subsequenter comparisonem, & termini assignationem, ad instantiam Lucatelli factam. Unde cessabat \* proflus omnis causa gravaminis, 4 juxta text. in d. cap. cum cessante de appell.

Nam per hoc secundum Decretum evanuit, & circunductum fuit primum, \* ac si non emanasset, Rot. in Romana spoli. domus 14. Januar. 1615. coram Sanctissimo D. N. Buratt. decif. 574, n. 11, in Romana censu 14. Januar. 1630. coram bo. me. Merlino, & decif. 32, n. 4. inter impressas post Modern. Peruf. de subhaft. quamvis in ultimo decreto adgit clausula, sine præjudicio intimatio fæcæ,

& iudicium Curiae Episcopalis. Quia illud non impedit circumductionem decreti praecedentis, cum censeatur circumductum, eo ipso quod emanavit secundum, ut fuit decisum in Romana pecunaria 15, Decembri 1610, coram Corduba, impressa apud Marches, de commiss. part. 1, fol. 1222, n. 4, in qua fuit recessum ad alia contraria prius edita in eadem Causa 1, Juli 1609, coram Ottemberg, ut refert Gratian. disceptat. 428, n. 4, & seqq. Addent. ad fa. me. Greg. XV. dec. 140, n. 17, vers. nam hodie, ubi quod hodie, stante præallegata prima decisione, non est ab hac opinione recedendum. Sed in hoc casu res caret difficultate. Quia dicta clausula (sine præjudicio) apposita in ultimo decreto, non loquitur de decreto praecedenti, cum sit restricta ad intimationem factam, & ad iura Ecclesie, ibi, sine præjudicio intimationis factæ, & iurium Curiae Episcopalis, copiam petitorum, & investiturarum decrevit cum termino, &c. Et proinde non poterat Vicarius Metropolitanus super illa procedere, sed tenebatur causam remittere ad ipsum D. Episcopum Cervien. + Ordinarium, tam ex dispositione Sacrorum Canonum, ut expressè deciditur in cap. cum Ecclesia de appell. ibi, non ante appellationem admittas, quam ibi consenserit eam, vel à gravamine, vel iusta condemnatione porreßtam, atque ipsam ad prædicti Episcopi audienciam remittas appellatione remota; & in cap. duo simul de offic. ordinari. quām Sac. Concil. Trident. sess. 24, de reformat. cap. 20, vers. neque appellationes, de qua post alios, Barbos. de potest. Episcopi alleg. 81, n. 2, cuius dispositio procedit, etiam in causis, in quibus agitur de interesse Mensæ Episcopalis. Nam & in his Episcopus est Judex competens, + & legitimè procedit, antequam fuerit recusatum secundum veriori sententiam, quam probat Abbas in cap. cum venissent sub n. 13, ibique notant cæteri Sribentes de re judic. Felin. in cap. insinuante n. 3, vers. causa Ecclesie de offic. deleg. Oldrad. consil. 156, n. 1, vers. sed in causa nostra, quam sequuta fuit Rota in Lucana Juris patronatus 6, Novembri 1602, coram bon. mem. Coccin. inter ejus impressas decif. 70, num. 1, & 2. Ita quod cum instaret Procurator D. Episcopi, ut causa remitteretur ad ejus forum, & Lucatelli, ut procederetur ad ulteriora coram ipso Metropolitanu, ille autem Vicarius Metropolitanus assignaverit terminum sex dieum ad justificandum, & impugnandum, dicitur eo pacto admissa appellationem interpositam à Lucatello, ac remissionem ipsius causæ ad Ordinarium Cervien, tacitè denegasse, & in effectu pronunciasse se competentem. Siquidem, licet simplex datio termini Juris non importet, + quod quis se tacitè declarat Judicem competentem, quia inservit potius Judici ad deliberandum, an debeat appellationi deferre; in quibus terminis loquitur Rota coram Comitato decif. 49, n. 3, & 4, illam tamen importat præfixio termini ad justificandum, & impugnandum per ea, quæ in specie tradit Marc. Anton. de Amat. decif. Marches. 76, in principio, & sub n. 1, & consonat observantia Curiae Ravennaten. de qua testantur plures Curiales, habent fomentum rationis. Et ratio est quia postquam Judicis secundæ instantiæ fuit exhibitum decretum primi Judicis, quod ex lectura apparet inappellabile, non erat opus ulteriori justificatione ad imbuendum animum Judicis, ut appellationem rejiceret, & per consequens terminus ad justificandum, & impugnandum re-

## Decisiones

spicit per necesse merita negotii principalis, Surdus decif. 327, sub n. 5, versic. ad tollendas. Et implicat rejectionem exceptionis declinatoriae fori, sicut in simili, Caputaq. decif. 281, ibi, siccus, si contra Instrumenta part. 2. Quapropter \* dicit. Decretum Vicarii Metropolitanus super hoc articulo, vim habet sententia definitivæ, ac per consequens est appellabile jux. gloss. fin. communiter receptam in authent. habitam in fin. versic. item quod si Judge Cod. ne filius pro patr. Franch. in cap. si duobus sub num. 30, versic. ex quibus de appellat. Becc. consil. 31, n. 6, & per totam Rot. coram bon. mem. Burat. decif. 134, n. 2, & seqq. cum aliis pluribus relatis per Scacciam, ubi suprà quest. 17, limir. 6, memb. 7, sub n. 51, & per Marc. Anton. de Amat. dicit. decif. Maceraten. 76, sub num. 2, & per totam, ubi loquitur in terminis similis decreti: Etiam si expresse non se declaraverit Judicem competentem. Quia ex Franco, & aliis supra allegatis procedendo ad ulteriora, contra Promotorem Mensæ Episcopalis presentem, censetur tacite pronunciasse se esse competentem, ut benè ex allegatis per Scacc. ubi suprà, num. 59, & 60, qui distinguendo processum, qui fit contra praesentem ab eo qui fit contra contumacem, declarat: quando processus fit contra contumacem, & Judge non pronunciat se expresse Judicem competentem, tunc per processum ad ulteriora non censi pronunciasse super competencia; & ideo processum esse nullum, ex quo Judge erat ipso jure incompetens. Ratio est, quia contumax \* non censetur consentire in Judicem, seu prorogare illius jurisdictionem. Bartol. in leg. ex quacunque sub n. 8, ibi, sed si hoc non pronunciat, ff. si quis in jus vocat, non ierit. Franch. in dicit. cap. duobus dicit. n. 30, ibi, aliquando & secundo processus. Gabriel. conclus. 1, num. 7, vers. siccus vero tit. de except. lib. 2. Ex quibus, cum decretum Metropolitanum esset appellabile, appetat A. C. legitimè processus vigore jurisdictionis illi attributæ in quibuscumque causis appellationum in Curia, vel extra interpositarum juxta suos ordinarias facultates, de quibus in dicit. §. 9, vers. & quacunque alias. Igitur mandatum, de quo queritur, non potest dici nullum ex defectu jurisdictionis.

Uterius concurreit consensus Procuratoris Lucatelli in Jurisdictionem A. C. ex quo sub die prima Septembri citatus ad docendum de mandato procura, alias videndum mandari procedi per contra dictas, comparuit, & produxit mandatum procuræ absque ulla repetitione declinatoriæ fori, eligendo domicilium, & protestando nihil fieri, nisi ipso citato, \* ex qua protestatione dicitur in jurisdictionem consenserit. Quia alioquin alias citationes fieri non debuissent, nec erat opus, quod ille citaretur, ut in terminis similis protestationis factæ à procuratore habente mandatum sufficiens, tradit Marchesan. de commiss. part. 3, fol. 168, sub n. 50, ubi signanter sub n. 52, versic. unde si voluit dicit, quod si procurator voluit ad omnes actus citari, se ad telam judicariam præparavit, & per consequens consensit in jurisdictionem; & sub n. 55, subdit fuisse in signatura gratiæ coram fœlic. record. Clemente VII I. ita sentiente Sanctitate suâ, declaratum, quod producens mandatum ad evitandum processum per contradictas, & protestans nihil fieri, nisi se citato, videtur consentire in jurisdictionem, & propterea Commissione in una Bracharen. Illegitimitatis, in qua

## Ad materiam de Alim. Decisio XXVII.

qua petebatur causam ad partes remitti, lacerata fuit, & remansit causa in Rota, quæ ratio procedit in hoc casu. Quia A. C. ante sub die 27. Augusti jam declaraverat se velle procedere in negotio principali reponendo à decreto moderationis inhibitionis, ita quod dum Procurator postea sub die 1 Septembri protestatus fuit se velle in posterum citari, non potuit intelligere, nisi de citationibus faciens in negotio principali, maxime cum dicta protestatio, comparatio, & mandati exhibitio facta fuerint postquam A. C. declaraverat causam in Curia esse cognoscendam. Quinimò, cum postea sub die 10 Septembri idem Procurator Lucatelli citaverit ad videndum reponi à decreto facto sub die 27 Augusti, & remitti causam ad partes, ac fuerit rejectus, nullam interposuerint appellationem, neque adverit Signaturam, \* prout adire debebat, si le sentiebat gravatum, inde sequitur acquevisse, fecisse suum decretum Reintegrationis inhibitionis, jux. text. in cap. 2, ut lice pendente in 6. Mohedan. decif. 3, in fin. de judic. Put. decif. 71, lib. 3. Caputaq. decif. 125, part. 3, & decretum iupradictum transiit in judicatum, ita ut per sequentem instantiam remissionis cause, non potuerit tollere prorogationem jurisdictionis A. C. Judicis Ordinarii ex dicto praecedenti consentu ad text. in leg. si convenient, ff. de jurisdic. omn. Judic. ubi Bart. & Alber. n. 30, Franc. Becc. consil. 22, n. 5, Giurb. decif. 96, n. 14, ut post Felin. & alios in cap. cum omnes n. 8, de consil. firmavit Rota in Auximana Censu 10 Martii 1636, coram me, quæ est deciso 306, part. 7, recen.

Neque potest in dubium revocari quin Procurator Lucatelli haberet mandatum ad consentendum in Jurisdictionem. Quia satis patet ex Clavis amplissimis positis in mandato procuræ, ibi, ac si dictus D. Constituens præsens esset, facere posset, etiam si talia forent, quæ magis speciale requirent, & exigenter mandatum cum clausula amplissima ad lites, & causas, pleno, plenissimo mandato, &c. plena, libera, &c. cum facultate substituendi, &c. quibusstantibus, certum est procuratorem ea omnia facere potuisse, quæ poterat facere principaliter, \* etiam si speciale mandatum requirent l. procurator cum libera, & ibi Bart. de procurat. Rota coram Seraph. decif. 238, n. 3, in recent. decif. 428, n. 19, part. 5, cum ibi allegatis.

Non obstat, quod Procurator sine speciali mandato non possit \* protogare Jurisdictionem. Mohed. decif. 3, de appell. Rot. decif. 21, n. 2, part. 4, divers. & in Senogallien. Salviani 5 Maii 1627, coram bon. mem. Manzanedo: Quia mandatum cum libera æquipollit speciali mandato \* ad hunc effectum, ut per Paris. consil. 15, n. 3, lib. 4, & sic Procurator Lucatelli potuit jurisdictionem prorogare. Ad hoc faciunt tradita per Marches. ubi suprà d. n. 50, in fin. Felin. in cap. P. & G. n. 11, de offic. delegat. Ruin. consil. 165, n. 10, lib. 5, Marant. de ord. judiciar. part. 6. membr. 9, n. 3.

\* Prout non obstat, quod idem Procurator infesterit pro moderatione inhibitionis. Quia cum prius, ut suprà fuit dictum, confessisset in jurisdictionem, \* non poterat deinde eam declinare, Bald. consil. 255, n. 2, lib. 4, Menoch. consil. 2, n. 39, Giurb. d. decif. 96, n. 14. Quia prorogatio semel facta amplius revocari non potest ex allegatis per Becc. consil. 22, n. 5, Surd. consil. 204, n. 9.

Minus potest mandatum A. C. dici nullum ratione injustitiae ob non exhibita in processu Instrumenta originalia Investiturarum, & non existentiam pacti capiendi possessionem propriâ auctoritate. Quia de his videndum erit quando agetur de iustitia mandati, & interim sufficit respondere, quod ut Injustitia æquiparetur nullitati, \* debet esse notoria ex allegatis in decif. 330, 17 n. 4, coram san. me. Greg. XV. Ultra quod etiam si non fuerint in actis producta omnia jura pro parte D. Episcopi necessaria ad probandam illius intentionem, non ideo tamen sententia dicitur à suo principio nulla, sed indiget revocatione mediante appellationis remedio, uti lata contra Jus partis, \* non autem contra Jus Constitutionis 18 l. 1, vers. quod si de jure suo, ff. quæ sent. sine appell. rescind. l. 2, vers. quod si cuin de ætate, ubi gloss. in verb. palam est in fin. C. quorum appell. non recip. expresse firmavit Rota penes Bellam. decif. 73, per totam, sed dum agitur de validitate mandati A. C. nondum executi, actualis exhibitio ipsarum investiturarum \* facta in Rota suffragatur ad effectum coadjuvandi probationes jam factas coram A. C. Rota coram Rev. Urgell. decif. 73, n. 7, & decif. 230, n. 9, coram eodem, in quibus plura allegantur ad hunc effectum. Rot. dec. 241, n. 32, part. 7, recent. cum aliis allegatis in Arimin. Molendini, 1 Junii 1640, coram R. P. D. meo Bicchii in fin.

Ex quibus, cum satis superque pateat de Jurisdictione A. C. qui relaxavit mandatum de associando; Neque dubitetur, quin præcesserint debita citationes, & constet de mandatis Procuræ comparentur, pro validitate dicti mandati, utraque parte informante, fuit resolutum.

## DECISIO XXVIII.

R. P. D. BICCHIO.

Urbevetana Legati.

Veneris 5. Aprilis 1647.

## SUMMARIUM.

1 Legatarius habet actionem hypothecariam, & personalem. Quantitatis fructus sine usura non percipit, n. 10, Declara ut n. 11, & 12. Fructus rei legatae facit suos, n. 15.

2 Dicit, ultra, importat utriusque legati confectionem.

3 Fructuum acquisitio est effectus possessionis legatee; Causa, fructuum prohibitio molestia in re legata fieri solet, n. 5.

4 Hypotheca competit pro lucro dotis.

5 Fructus non imputatur in legato, quando proprietas integrè legatur.

6 Legatum ad inducendum, sufficit omne verbum significans sensum legantis. Quando dicatur alternativum, n. 54.

7 Dictiones donec, & quousque significant dationem in pignus. Declara ut n. 9.

8 Legato in alternativo non cadit usura.

9 Falcidio detractionis, quæ verba importent detractioni non est locus, quando legata exceedunt dodrantem, n. 17.

P Er hæc verba Joanna Marabottina legavit Francisco Phœbeo ejus Viro: Item Jure legati reliquit, & legavit d. Perillust. D. Francisco Phœbeo ejus Viro scuta 500, monete currentis, Paulorum decem pro scuto, liberè, & absque ullo onere: ultra tamen tertiam partem Dotis d. Testatrixis d. Francisco, de Jure, debitam, & modo, & forma hic infra describindis. Et paulò infra, postquam declaraverat, quod Francisca possidebat ratione Decisiones ad Tract. de Alim.